Split by PDF Splitter

Porro ſi dominuz. Caſus vſqꝫ ad .§. deniqꝫ. Vaſallus amittit feudum ſi dominuz aſſalierit: vel vicum in quo eſt per vim ſit ingreſſus: vel impias manus in eũ iniecerit: vel alias graues ꝛ inhoneſtas iniurias intulerit: vel vite eius inſidiat⁹ fuerit veneno: gladio vel alio modo. Item ſi domino ſuo iuſticiam facere noluerit. Item ſi domino ſuo ſeruitium recuſauerit cum potuit. Item ſi dominum detulit ꝛ inde grauem patrimonij iacturam ſibi intulit: vel ſi cognouit dominum incluſum nec eum liberauit cum potuit ꝛ merito ex predictis cauſis feudum amittit: quia hoc ciuilis ꝛ naturalis ratio ſuadere videtur ſi percũctentur cauſe quibus filij exheredantur ꝛ liberti in ſeruitutem reuocantur ꝛ repudia fiunt ꝛ donationes reuocantur: ꝛ qꝛ natura nouas deproperat edere formas. Iudex equitatez ante oculos habens in ſimilibus aut maioribus cauſis ſique de nouo emerſerint iudicare debebit feudum amitti debere. ¶ Sed eſt ſciendum ꝙ vaſallus non amittit feuduz ex omni cauſa ex qua eius opi. grauatur: ſic. C. de his qui. vt indig. l. non oportet: quia interdum deierat partem feudi alienando: ꝛ tamen retinet beneficium: hoc dicit vſqꝫ ad .§. deniqꝫ Jacob. bel. Glo. ſuper verbo: aſſalierit duo facit: primo querit an vaſallus copulando amicitiam cum inimicis domini perdat feuduz. Circa quod quero quid ſi fideiubet ꝓ inimico dñi? ꝛ dic vt nõ. in Spe. de treuga ꝛ pa. Nam ſi cã tangit iniuriam domini priuatur feudo: alias nõ: qꝛ non tenetur pro dño ſuo grat] inimicitias procurare nec alienus fieri a ↄuerſatione amicoꝝ: cum. n. pena iſtius. c. fundetur i naturali equitate vt littera eleganter dicit. Certe iſtud nõ eſt bonum nec equum: arg. de oper. li. l. libertus negociatoris. Scdõ querit glo. qd ſic dñs nõ vindicauit: vtrum trãſmittat ad heredé ſuũ accuſationem ingratitudinis? Et dicit glo. ꝙ nõ trãſmittit: doc. intelligunt hoc veruz ſi potuit vindicare ꝛ noluit: ſecus ſi mortis fuit celeritate ipeditus vel ignorantia iuſta: vt qꝛ neſciebat euz vaſallũ concubuiſſe cũ vxore. Dicit. n. Ariſto. nocte vagatur adulter. Dicit Accur. ea que fiunt de nocte ꝓbabiliter ignoranter. ff. qꝺ me. cau. ſi cũ exceptione. §. hec aũt actiõe. ꝓpterea dñs Oldra. euaſit quẽdam accuſatum[a] qui dicebatur cõmiſiſſe maleficiũ de nocte: ꝛ teſtes depoſuerunt ſe vidiſſe per computum: vel qꝛ in illa nocte nõ fuerat lumen lune: ꝛ ideo nõ veriſimiliter potuerunt videre: ꝛ ſic fuerunt reprobati naturali ratiõe. ¶ Deinde nos habemus h̃ ꝙ ſi vaſallus nõ facit iuſtitiã dño ꝑdit feudum: hoc dꝫ intelligi qñ non facit iuſtitiam de feudo: ſecus ſi de alia re ſ̃m glo. Deinde ſubdit glo. multum notabiliter ꝙ ſi dñs nõ facit iuſtitiam vaſallo de feudo ꝑdit proprietatez. ¶ Quero quo iure dñs aget ꝯ̈ vaſallũ? rñdeo aut ẽ priuatus aut priuãdus: primo caſu nõ eſt dubiũ ꝙ hꝫ plenũ dñium ꝛ plenã rei vendicationem: ſed ſecũdo caſu vr̃ ꝙ dꝫ agere conditione ob cauſam: quidã dicũt ꝙ hꝫ vtilem rei ven. ↄtra quẽlibꝫ poſſeſſorez: vt. C. de dona. que ſub modo. l. i. Jaco. de bel. dicit ꝙ hꝫ directã: qꝛ directũ dñium ſufficit ad vindicandũ: ar. ff. ad trebel. l. ſi heres: nec põt vaſallus excipere de vtili dñio: qꝛ replicabitur de culpa ꝛ in modum replicationis priuabitur iure ſuo: arg. ff. de inof. teſta. l. papi̅. §. ſi filius: ꝛ. ff. ex qui. cau. ma. l. necnon. §. exemplo. Si vero agatur cõtra tertium poſſeſſoré certum eſt ꝙ de vtili dñio vaſalli nõ põt excipere: qꝛ eliſum ẽ: ꝛ qꝛ ſua nõ intereſt. Adde qꝺ no. ff. de condi. indebiti. §. ſed ſi nummi: ꝛ. l. ij. ff. ſi ager vectigal. vel emphi. pe. ꝛ. ff. qui po. in pig. ha. l. creditor. §. ij. Credo ẽt ꝙ vaſallus poſſet ↄueniri conditione triticaria tanqꝫ predo: vt. l. i. in fi. cum. l. ij. ff. de triti. Poteſt etiam cõueniri conditione ex moribus ad reſcindenduz id qꝺ factum eſt: ar. ff. de cõtrahen. emp. l. ſed celſus. §. ſi fundus. ff. de ac. empti. l. ex empto. §. ſi quis virginez. ff. de reſci. vendi. l. fundus q lucij ticij. Deinde nota tex. ꝙ q nõ obſeruat fidem conuentionis priuandus eſt eius emolumento cõ cor. ff. loca. l. quero. §. inter locatorez: ꝛ. ff. de reſcin. ven. l.[b] fi. ¶ Deinde nõ. text. ꝙ inpotenti excuſat .d. ꝙ q non poteſt ſoluere non eſt periurus extra de offi. delega. c. p. ꝛ. g. Nam licet ſit periurus quo ad actum non eſt periurus quo ad reatum: quod eſt nota. Nam inopia quendam exceptionez preſtat: vt nota. ff. de procura. l. ticius. ¶ Item nota tex. ꝙ delator indignationez domini non euitabit[c] ad id quod dicitur in litteris apoſtolicis alioquin inquiũt indignationez beatorum apoſtolorum ſe nouerint incurſuros ꝙ iſta verba cõminantur priuationem beneficiorum eccleſiaſticoruꝫ: quod eſt menti tenendũ. ¶ Deinde nota tex. ꝙ in penalibus proceditur de ſimilibus ad ſimilia ꝛ maiora: quia potius attenditur ratio legis vel conſuetudinis qꝫ grammatica verborum. Et dicit Barto. ꝙ hoc eſt veruz vbicũqꝫ ſtatuto ineſt ratio naturalis vel ciuilis: de verbo. oblig. l. eadem. §. cato. per eum ꝛ. ff. vti poſ. l. i. per eundem: ꝛ. C. de interdic. l. i. ꝑ glo. ꝛ docto. Nota bene hunc tex. quia non eſt melior text[d]. in iure ꝙ in penalibus ſtatutis ꝛ conſuetudinibus procedatur de ſimilibus ad ſimilia: de hoc not. C. de fur. l. ſi quis ſeruo. Hec tamen doctrina non habet locum quando pene imponuntur habito reſpectu ad priuilegiuꝫ alicuius perſone: quia tunc nulla poteſt fieri extenſio de ſimilibus perſonis ad ſimiles nec de caſibus ad caſus. Iſta eſt gloſa ordinaria ſingularis inſti. de actio. §. item mixta eſt actio contra eos: que incipit ſi in iudicio: quam glo. tene menti. ¶ In gl. magna ibi fideiuſſit. Nota ꝙ ille qui fideiubet in cauſa criminali pro eo qui defert dominũ tanqꝫ ingratus remouetur a feudo. Fit aũt iſta delatio mulieris modis. ſ. accuſando denũciando: promouendo inquiſitionem: ſed accuſator debet dare fideiuſſorem denunciator non: vt qꝛ illud quod denunciat eſt ex officio publico ꝛ neceſſario: ſed certe immo videt idem ſicut dicimus in tutore qui ſe debet inſcribere ꝛ fideiuſſorem dare: vt. C. qui accu. non poſ. l. ij. ꝛ. l. q crimen. C. de his qui. vt indig. l. polla. ff. ad turpil. l. accuſatorem. §. nunciatores. Nos tamen videmus ꝙ ſindici qui denũciant maleficia non ſatiſdant qꝛ officium eorum conſiſtit ſolum in referendo non aſſumendo in ſe neceſſitatez probandi. De officio iſtorum tractat Barto. ff. de cuſtodi. reo. l. diuus. Accipio denunciatores ſecundum ꝙ accipit ius ciuile. Sed ius canonicum loquitur de denũciatore ad alium finem: vt extra de iudi. c. nouit: ꝛ. c. ſuper his extra de accuſa. ꝛ ca. qualiter: ꝛ quando el. ij. extra eodem titu. de accuſ. ¶ In eadẽ glo. ibi non coactis: iſta glo. poteſt allegari in argumen. qꝺ valeat dictum teſtis non citati dũ tamen teſtis alias ſit idoneus: vt nota. ff. de his quibus vt indig. l. poſt legatum. §. his vero: quod verum eſt dumtamen iuret partibus preſentibus vel altera abſente ſolemniter tamen requiſita: qꝛ nullo iure cauetur ꝙ citatio teſtis ſit de ſubſtantia: ꝛ eo ipſo ꝙ iudex defert ei iuramentum: videtur eũ monere ſuper veritate dicenda que monitio vim citationis habet: vt notatur C. quomodo ꝛ quando iudex. l. ceſſante: dic de hoc vt dixi C. de epiſcopis ꝛ cleri. l. preſbyteri. ¶ Modo querit hic glo. vtrum vaſallo qui detulit liceat penitere ante ſentẽtiaz? ꝛ dicit ꝙ ſi ideo penitet ante ſententiam quia probare non potuit: cuꝫ tamen fecerit quicquid potuit vt probaret non parcitur ſibi: alias ſi re integra reſtitit ſibi ignoſcitur. Dicit Jacobus de are. C. de tranſaction. l. ſi quis maior. ꝙ in pena legali parcitur: ſecus in conuentionali. Sed Accurſi. inſtitu. de actio. §. item mixta eſt actio contra eos: videtur dicere ꝙ in iſtis delictis que committuntur in proceſſibus cauſarum habet locum penitentia: eſt tex. C. de iuriſditione omni. iudi. l. in criminali: qui videtur imponere punam ꝛ ei qui ſolummodo vocauit aliquem ad cauſam: ad idem. C. q accuſare non poſſ. l. penultima: ꝛ. l. fina. ꝛ. C. de dila. l. fina. libro decimo. Sed diſtingui poteſt an iuſtam cauſam habuit deferendi: ꝛ tunc poteſt penitere: an nõ tunc ſecus vt ff. de iudi. l. deſtitiſſe. ¶ Juſtam tamen cauſam habere nemo videtur

mo videtur

a ¶ Accuſatuz. Vide Bal. in. l. arethuſa. ff. de ſta tu homi. ꝛ Ang. in. d. l. ſi cum. §. in hac: vide bal. l. c. ꝛ ſi clientul⁹ in ti. de conten. inter me ꝛ dñm vbi dicit qꝺ ſi ẽ dubium de intellectu. l. recurrimus ad rationez naturalez.

b ¶ l. fi. Adde ꝙ ceſſãte cauſa ad cautelam ordiatum non ceſſat ꝓuidentia ſimpliciter ordiata. ff. de reſcin. ven. l. fi. §. vltimo.

c ¶ Euitabit. Nota illa verba indignationem ꝛc. iportare priuationem beneficioꝝ: ꝛ vide tex. in verbo idignationez noſtri numinis in. l. ij. C. de pe. bono. ſubla. lib. x. Vide bal. poſt Pe. in auf. ſtatuimus. C. de epiſ. ꝛ cleri. vbi in caſu illo quis incurrit indignationem ſuperioris ꝛ Bal. exponit quod punit extra ordinẽ nõ priuatur iuriſditione allegat ꝙ habetur in auc. de queſto. §. i. ꝛ in auf. vt nulli iud. §. i. in auf. de mã. princi. §. ꝛ hec: Bar. in extrauaganti qui ſint rebel. dicit quod iſta verba iportant qꝺ non erit gratioſus principis: vide hic modernos.

d ¶ Melior tex. Vide gloſ. ꝛ ibi Bald. in. l. ſi qs id. §. ſerui. ff. de iuriſditi. omni. iudi. ꝛ Bal. in. l. i. C. que ſit longa ↄſue. Andr. bar.